

W. Albertus

*Casimirus, Dei gratia Princeps
Regius Poloniae et Lithuaniae, Dux Saxoniae,
Cleviae, Ducatus Montani, Angriae Westphaliae
& Teschinerii, Landgravius Thuringiae, Marchio
Misioniae, superioris et inferioris Lusatae, Prin-
ceps Comes Hennebergae, Comes Marchiae Ma-
rensbergae, Barbü, Hannoveriae &c. &c.*

*Memoriae commendamus tenore praesentium
significando quibus expedit universis, quod Nos
erga demissam egregii Antonii de Vittmann, Do-
miniorum Nostrorum Plenipotentiarii Admini-
stratoris Propositionem, atque in Propensionis
et Amoris Nostrae, quo erga pericharam Nobis
Hungarum Nationem, praegestae videlicet a.
pud eam Excelsae Locumtenentialis Dignitatis,
et in sinu eius transactae florentissimae. Acta-
tis, cum voluptate reminiscentes, continuo fere-
bamur, et actu ferimus contestationem, uti et
in Emolumentum Incliti Regni Hungariae,
praesertim autem Comitatus Mosoniensis,*

oeconomicum

oeconomicum theoretico-practicum Institutum,
in gremio Dominiæ Nostre Magyar. Óvár, Comi-
tatus Mosoniensi ingremiati, signanter in eius-
dem nominis oppido Nostro Magyar. Óvár fun-
dare decreverimus, prouti vigore praesentium de-
cernimus, statuimus et fundamus, ea lege:

Primo. Ut oeconomicum hocce Institutum, nomi-
ne privati Instituti insigniatur, et ad illud Pro-
fessores, seu saeculares seu ecclesiastici, necessariis
Scientiis et qualitatibus, fini Instituti huius
commensuratis praediti admoveantur.

Secundo. Ut jus, hocce Professores eligendi,
Nobis et Successoribus Nostreis semper compe-
tat.

Tertio. Ad hocce Institutum, sine condiscen-
dae theoreticae et practicae Oeconomiae, cuius
absque discrimine, liber Aditus pateat, et usi-
bus practicae doctrinae, universim omnia, in
hocce Dominio No. Óvár reperibilia, et prae-
sertim recentioribus Annis enata magna objecta
specialibus vero et quotidianis Exercitiis, huius
Instituti contiguum, ab aliquot retroactis Annis
coli inceptum, 700. Jugum extensionis Prae-
dium, antehac Hofviese, jam vero Albertsau
dictum.

una cum in eodem cernuis amplis scholis arborum,
Hortis botanicis, Re. pecuaria, Agrorum, prato-
rum et vinearum cultura, nec non Cremati et
Cerevisiae coctura, Molendino et deserviant.

Quarto: Philosophicae Scientiae, quae in hocce
Instituto oeconomico tanquam subsidariae pro-
ponuntur, pro privatis Studiis considerentur,
adeoque relate ad illos, qui abhinc ad Theolo-
gicam, Juridicam vel Medicam Facultatem
transire voluerint, pro sufficientibus reputari
nequeant.

Quinto. Quamvis quidem, cuius hoc Institu-
tum frequentare volenti, ipsimet praecipue in-
cumbet, de Hospitis et Intentione sibi pro-
spicere, Nos attamen providebimus, ut 20.
usque 30. Alumni, erga aequanimem Conven-
tionem, fixum victum et habitationem, inveniri
re possint, hocve finem necessarium locum ita
appropinquare curamus, ut hi Alumni conti-
nuae Inspectioni Professorum vel praecellentium
Officialium dominalium subesse et cultis mo-
ribus imbui valeant.

Sexto. Ad haec specialiter et quidem in
favorem Filiorum Officialium Nostrorum decer-
nimus

cernimus ut Sex Alumni, peculiaribus dotibus,
diligentia et morum probitate distincti, quorum
denominationem Nos Nobis et Successoribus No-
stris reservamus, singillatim Centum viginti
Florenos conventionalis monetae, in vicesimarius
moderni valoris, titulo annui stipendii obtineant,
idve Stipendium in conformitate Nostrae, vel
Successorum Nostrorum Ordinationis, seu statim
occasione ingressus in Gymnasium, vel occasione
aditus ad hocce Institutum theoretico-practico-
oeconomicum, usque exitum ea iisdem, nisi se-
met huiusce Subsidii indignos reddiderint, per-
cipiant.

Septimo. Pro perenni Fundi Instituti huius
Securitate, quae nulla temporum vicissitudine
sufferri valeat, dignata est modo regnans Sua
Caesareo-Regia Maiestas Franciscus I^{us},
erga demississimas preces Nostras, curiam ante
hac ad P. L. Paulinos spectantem, in oppido
Nostris visider, Dominio huic No. Ovariensi
ingremiato existentem, cum suis Appertinen-
tiis, erga praestandam per Vos pro Fundo
Religionis plenariam indemnitate, Nobis de-
menter resolvere et conferre; Nos proinde
hanc Curiam affecto Dominio No. Ovar
incorporare

incorporare), Fundationem Instituti hujus eidem
iradicare decrevimus, ut Dominium M. Ovar
velut Curiae illius Proprietarium, perpetuis tem-
poribus Salaria Professorum et sex Alumnorum
Stipendia solvere, ac praeterea sine comparando-
rum utilium librorum, Instrumentorum, For-
marum &c. generatim in Emolumentum huiusce
Instituti, annue Mille florenos, in argentea
vicesimariorum modernae ligae Moneta, eidem
Instituto dependere teneatur.

Quodsi vero Proventus antelatae Curiae
pro sustentatione Professorum, et sex Juve-
num stipendiis non sufficerent, ad defectum hunc
aeque e Reditibus Domini M. Ovar supplendum,
Nosmet et Haeredes Nostros obligamus, et ad hunc
ultimum casum, pro fundo securitatis, Investitio-
nes Nostras in Dominio M. Ovar habitas, ad
vires supplendi praestanti defectus assignamus.

Octavo. Si quod non speramus, Fundationi
huius Nostrae, olim seu hostili aut alia adver-
sitate et vicissitudine, certum sublationis pericu-
lum et fatum immineret, vel etiam eidem insti-
tutum Nostrum, ad talem statum devenire aut
conjici contingeret, ut finis propositus nullatenus

nus.

nus obtineri quiret, ad hunc casum Fundatio
haec ipso facto cesset, eademque in eius temporis
legitimum Dominum H. Övár Possessorem, pijs
semper finibus applicanda devolvatur.

Altera a priori distincta Fundatio No-
stra respicit Xenodochium Miklofalvense,
cuius velut pro morbo afflictæ Humanitatis,
summe utilis, sed interventis temporum diversis
vicissitudinibus depauperati Instituti sors, tri-
mum Nostrum ad commiserationem percellit.
Pro maiori itaque dotatione et meliori subsisten-
tia eius, Capitale Viginti millium Florenorum
in Conventionali argentea Vicesimariorum Mon-
eta, vigore praesentium addicimus & resolvimus,
hocve Capitale Investitionibus Vostris in Dominio
H. Övár habitis, tanquam perenni Hypothe-
cae, ea essentiali cum conditione, ne hocve Capita-
le ullis unquam temporibus et Motivis, a praes.
Declarato securitatis suo fundo abstrahi valeat,
secus vero Fundatio haec ipso facto cesset, et idem
Capitale in Nostrum testamentalim Haereditem
et Successores eius devolvatur, irradicamus.

Ex

Ex huius Capitalis annuo quinque per centum
Interusuris, per Dominium N. Civar solvendo,
quadringentos florenos, sine providendorum & vestien-
dorum Deliris laborantium quatuor Individuorum,
Ducentos autem Florenos pro uno aut duobus Gen-
dochialibus Servitoribus, qui in hoc Genodochio
existentes, Epilepticis et Deliris necessaria servi-
tia praestant resolvimus. Ad hoc Servitium
et Individuis ad hoc Genodochium susceptis, et
in eodem habitantibus, non tamen sedus sequioris
personae, verum viri, si hoc fine idonei comperti
fuerint, praesenter adhibeantur: in hoc ta-
men casu singulus talis, e Genodochialibus In-
dividuis, necessariam provisionem alioquin haben-
tibus, suscipiendus Servitor, in vicem 100. Florum,
pro extraneo Servitore proavis modo destinatum,
nonnisi Quinguenta Florenos obtinebit. Resi-
duum ultra praemissos específicos fines, e prae-
morato fundationali Capitali resultans Interusur-
rium, pro meliori, non tamen superflua Provisio,
ne reliquorum in hoc Genodochio existentium
Legrotorum et Epilepticorum, iuxta Principia
per desideratissimam condam Consortem Nostram,
Serenissimam Dominam Archiducem Christinam
in Fundationali Instrumento Eius, hocce Gen-
dochium respiciente praestabilita, impendendum
Destinamus

Destinamus et assignamus.

Si vero talis aliquando casus emergeret, tam paucos Deliros, Epilepticos et secus Aegrotos in hoc Xenodochio futuros, ut ultra horum necessariam Provisionem, pars aliqua Interusuorum remaneat, talismodi remanentia Interusuoria, pro justificatione, cum cautelis tamen relate ad Pupillaria Capitalia obtinentibus elocentur, et fundationali Capitali accrescant, ac horum Interusuorum Interusuoria, pro meliori adhuc Subsistentia Xenodochialistarum, aut pro adauktione numeri eorum, dem convertantur.

Præter præmissa Beneficia resolvimus etiam & decernimus, ut in contiguitate huiusce Xenodochii novum Aedificium, in quo præattacta quatuor Individua Delirio laborantia, et eorum duo Servito, res habitabunt, iuxta planum per Nos approbatum, sumptibus Nostris, e Cassa Nostra dominicali No: Ovariensi, quantocyus exstruatur, et omnibus illis commoditatibus et Requisitis, quas huiusmodi Morbus prærequirit provideatur.

Huius quoque, Deliros respicientis Fundationis Nostræ intuitu, Dispositiones illas, in qua provocato per charissimam consam Consortem, Nostram condito Fundationali Instrumento con-

tentas

tentas, exacte observari praecipimus.

Tertium Ordinis Fundatio, Nostra, refertur ad meliorem Subsistentiam Ludimagistri Possessionis Nostrae Fekete: Erdő, Dominio No: Ovári ingrimitate procurandam; siquidem illa Possessio adeo misera est, ut vires eius intextendo Ludimagistro non sufficiant.

Hinc proinde introducendi Ludimagistri, ut, videlicet medio huius, tenella Juventus praefatae Comunitatis, necessaria, praesertim Religiosis et Moralitatis Cognitione imbuatur; profundo melioris Subsistentiae eius, Capitale Mille. Quingentorum Florenorum, in Conventionali Vicebinariorum Moneta, vigore praesentium desti- namus et resolvimus, cuius annum quinquies per Centum Interusurium, in pari Moneta, e Cas- sa Domini No: Ovári solvetur. Pro securitate Capitalis huius et Interusurii, ad vires huiusce Fundationis, obligamus Investitiones Nostras, in Dominio No: Ovári habitas.


Quo autem Fundationes in hoc Fundatio- nali Instrumento comprehensae, etiam ad illum plane casum, si olim nefors per defectum De- scendentia)

scendentiae) Nostri perchari Negotio et Haeredit,
Serenissimi Archiducis Caroli, Dominium No-
strum M: Ovar ad Suam Maiestatem Sacra-
tissimam, eorum regnantem Imperatorem et Re-
gem recidere deberet, utro subsistere et conserva-
ri valeant, praesentium per vigorem decerni-
mus, ut per ultimum pratitulati Archiducis
Caroli Descendentem, et quidem ad Investiti-
onibus Nostri Dominio M: Ovar inhaerentibus,
ab obitu Nostro supermansuris, praeter Curiam
in Nisider sic dictam Paulinorum, velut a pra-
declarato Instituto economico avelli nequeuntem
Summa Quinguenta Millium Florenorum,
in conventionali argentea, vicesimariorum moder-
nae Ligae Moneta, ad Casum Redevolutionis
Dominii M: Ovar, Suae Maiestati Sacratif-
simae resignetur, et tanquam perennis Fun-
dus pro adimplendis praemissis Finibus et Fun-
dationibus, eidem Dominio iradicata permanere
debeat.

In quorum omnium perenne Robur ac
sempiternam Firmitatem, Benignissimo Suae
Maiestatis Sacratissimae Consensu Regis, per
Nos, Fine Ereptionis praememoratarum Fun-
dationum

dationum Nostrarum, praevie humillime im-
plorato, & per Suam Maiestatem Sacratissi-
mam sub 18^{va} Januarii 1818. Clementissime
largito existente, Fundationale hoc In-
strumentum, proprio Manus Nostrae Mini-
sterio subscripsimus et Sigilli Nostrae Ap-
pensione confirmavimus.

Signatum Viennae die 25^{ta} Octobris Aevi 1818,



Albertus
D. S. F.